



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Conivgio Doctrina**

**Wigand, Johann**

**Jhenæ**

**VD16 W 2745**

Collatio Aliarum definitionum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36207**

DE CONIUG.

estatem, & dignitatem Coniugij magnifice  
commendant. Indigni itaq; hominum nomine  
sunt, qui de Coniugio, omnium nostrum scatu-  
ritate, non reuerenter, non sancte, non praclare  
sentiant & loquuntur.

COLLATIO ALIA,  
rum definitionum.

Ex patribus.

Clemens 2. Siro.

Matrimonium est prima, legitima viri  
& mulieris coniunctio, ad liberorum procrea-  
tionem.

Ambrosius in exhortatione ad  
Virgines.

Coniugium est vinculum, quo alligatur  
suo iure, & ei subiectione adstringitur.

Adelhelmus.

Coniugium est iugalitas, qua ad propa-  
gandum

B 3

DE CONIUG.

gandum posteritatis sobolem, & liberorum pro-  
creandorum gratia, licitis connubiis necessibus  
nodatur.

Petrus Lombardus lib. 4.  
dist. 27.

*Nuptie vel matrimonium, est viri mu-  
lierisq; coniunctio maritalis, inter legitimas per-  
sonas, individuam vite consuetudinem retinens.*

Ex recentiorum Theologo-  
rum scriptis.

Erasmus de Christiano matris:

*Matrimonium est legitima perpetuaq;  
viri ac mulieris, studio gignenda sobolis, inita  
coniunctio, vite ac fortunarum omnium indi-  
viduam societatem adducens. Tom. 4. fol. 514.*

Lutherus Tom. 6. in Gene-  
sin. 24.

*Coniugium est diuina & legitima coniun-*

QVID.

Coniugium est coniunctio unius maris & unius feminae, spe proles, vel saltem vitanda fornicationis & peccati causa, ad gloriam Dei. Finis ultimus est, obedire Deo, & mederi peccato, invocare Deum, querere, amare, educare prolem ad gloriam Dei, habitare cum uxore in timore Domini, & ferre crucem.

Idem in Gen. 24. Tom. 2.  
fol. 227.

Coniugium est coniunctio unius maris & unius feminae inseparabilis, non tantum iuris natura, sed etiam voluntatis, & voluptatis ut sic dicam anima.

Hanc autem definitionem, opponit frigida Canonistarum definitioni: Coniugium est consuetudo masculi & feminae, secundum ius naturae.

Ex iure civili.

Instit. lib. 1. tit. 9.

Nuptiae sive matrimonium, est viri & mulieris coniunctio, individuam vitam consuetudinem continens. Hanc definitionem reseruet ius matrimonium. C. 27. q. 2. & C. 29. q. 1.

B A 70

QVID.

In hac autem definitione, neq; efficientis, neq; finalis causa mentio fit.

Modestinus lib. I. regul.  
de nuptijs.

Nuptia sunt coniunctio maris & feminae,  
& consortium omnis vite, divini & humani  
iuris communicatio.

Hac definitio priori consonat, nisi quod &  
iuris communicationem addit. Fuerunt autem  
Romae viro & mulieri, sacra gentilia commu-  
nia. Inde quidam elicere conantur de necessitate  
coniugij esse, marem & feminam debere eius-  
dem religionis esse. Sed videtur hac probatio, ex  
isto quidem loco imbecillis esse. Nos de eiusmodi  
rebus infra differemus.

Contraria.

Falsa aut nimis mutila definitiones, ut  
coniugium esse carcerem, omnem vitam libertatem  
adimentem, & similes.

QVOTTVPLEX.

Coniu.